



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An contractus sive pactum Antichriseos sit illicitum, & usararium & an etiam montes pietatis usuram contineant?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

nari, ne jus censualitæ fiat deterius aut difficilius. De jure verò positivo Ecclesiastico in *extravagant. Martini V. & Calixti III inter communes de empt. & vendit.* requiritur, primò ut res immobilis, certa & fructifera designetur, cui census imponatur. Secundò ut illa sola obligata maneat pro censu, & non persona, aut alia illius bona. Secundò ut pretium justum solvatur, quod varium potest esse, juxta varias conditiones. Quartò ut pretium, quo census emitur, statim solvatur præsentì pecuniâ. Quintò ut venditor ad redimendum censum non adstringatur quidem, relinquatur tamen ipsi libertas vel totum certum redimendi vel per partes &c. plures adhuc conditiones à Pio V. in Bulla super hac re, requisitæ fuerunt, prout apud *Tanne. tom. 3. de just. disp. 7. dub. 4.* vel apud *Less. de just. c. 22.* videri possunt, quia tamen in nostra Germania, aut Bulla hæc promulgata nunquam fuit, aut usu contrario abrogata, census in his partibus non tam secundum illius Bullæ tenorem, quam juxta receptam consuetudinem instituuntur, quæ observari debet, modò nihil juri naturæ contrarium fiat.

SECTIO IV.

De usuris qua committuntur circa pignora & hypothecas.

Quæ prioribus duobus §§. ab Autore Method. hic examinantur, sufficienter colligi possunt ex *Tit. 12.*

lib. 3. Decretal. §. 5. & ex prioribus hoc Tit. §§. sit ergo

§. III.

An contractus sive pactum Antichristos sit illicitum, & usurarium, etiam montes pietatis usuram contineant?

Pactum antichristos, ut tantum dicitur fructus pignoris lucrari, licet forte, donec debitum solvatur, sit illicitum & usurarium est, propter publicam usuram, quæ in tali pignore contractu lateret: & hinc non facile, ad credendas tales usuras res immobilis & fructifera in pignus dari debet.

Montes pietatis dicuntur certæ summa, quæ à Principe aliquo vel Domino loci, aut communitate relictæ, collectæ, & destinata est, ut temporibus pauperes v. g. pecuniam, qua mutuam accipere possint, ad certum tempus, pro certo pignore deponant, ut mutuatarij pro singulis mensibus exiguum aliquid solvant, supra hoc, ad conservandum montem pietatis, & stipendia ministrorum &c. hujusmodi montes pietatis licitos esse, & nihil usurarios, probant Summi Pontifices, approbantes eos, pauperum, quibus juvantur, necessitas, & communis utilitas.

§§. 10. 11.

SECTIO